Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nesciat Sathana cadente de celo
et eius complicibus nimm superne
multitudinis parte non modica
imminutum. De te itaque omnes
consumacionem expectant aly nu-
meri aly desiderij sui. Agnosce pro-
inde vocem in psalmo dicentem
tuam Me expectant iusti donec
retribuas michi. Et advertendu
quod non ista illos sed illi istam poti-
us invenisse referuntur. Utique ut
suspicor ad hoc ipsum studio destina
ti. Illam quo predicabunt nisi mit-
tantur. Denique habes loquente
in evangelio Ite ecce ego mitto
vos. Et ite predicate omni creature
Ita est illa querebat sponsum.
non latebat. Nempe qui in hoc
ipsum excitaverat eam, ut se que-
reret et dederat illi cor ad precepta
et legem vite et discipline, dum
esset qui doceret instrueret viam
prudentie Et misit in vineam
eius plantatores et rigatores q
eam enutrirent et confirmaret
in omni certitudine veritatis hoc
est iudicarent illi certamque red
derent de dilecto, quia veritas est
quam querit et quam vere dili-
git anima eius. Et revera quis fi
dus veraxve anime amor, nisi veri
quo is quo veritas adamat. Rati-
onis sum tempos veritatis sum
capax sed utinam non forem si
amor veri defuerit. Horum quip-
pe ramorum eis fructus est et
ego radix Non sum securus a se

tari si absque eo inveniar. Hic illo
inimicum nature munere illud
divine proxime emitere inspir
haut dubium est. Exquo ceteris
presto amantibus. Unde est quod au
det anima mea ad dulces castosque
assurgere veritatis amplexus.
et sic in amore ipsius tota securi
tate ac suavitate quiescere si
tamen inveniat eam in ocul'
tanti sponsi ut dignam reputet
que ad hanc pertingat gloriam
primo ipse eam sibi exhibeat
non habentem maculam aut rugam.
aut aliquid eiusmodi. Quanti
putas esse discriminis quave di
vinum pena tantum dei donum
otiosum tenere Verum hoc alias
Nunc vero sponsa que querebat
minime repperit et quos non que
rebat ab ipsis reperta est. Au
diant hoc qui sine duce et pre
ceptore vias vite ingredi non for
midant ipsi sibi in arte spirituali
existentes et discipuli pariter et
magistri. Non sufficit hoc etiam co
acervant discipulos sibi ceci du
ces cecorum. Quam multi ex hoc a
recto tramite periculosissime ab
errasse comperti sunt. Nimirum
ignorantes astutias sathane et
cogitaciones ipsius. Fitque est ut
qui spiritu ceperant carne consuma
rentur. adducti turpiter lapsi
dampnabiliter. Videant proinde
qui eiusmodi sunt, quo caute
ambulent et de sponsa exemplum